

N<sup>o</sup> 9

S. D. N. PAVLI DIVINA  
PROVIDENTIA PP.

III.

# Bulla

NOVAE  
PROROGATIONIS S.  
cros sancti Generalis Concil



M. D. XXXVIII.



# In nomine sancte

& individue Trinitatis, Patris, & Filii,  
& Spiritus sancti Ame. NOVERINT

Vniuersi & hoc presens publicum transumptum inspe-  
cturi qd Nos Petrus Paulus Parisius Dei & Apostolicz ses-  
dis gratia Episcopus Nuscafi . sanctissimi Domini nostri  
Pape eiusq Camerarii, necnon Curi causarum Camer-  
apostolicz generalis auditor, Romanq Curi judec ordinis  
Parisius, sententiarumq & censurarum in eadem Romana  
curia, ac litterarum Apostolicarum vniuersalis &  
auditor. Habuimus, vidimus, legitimus, & diliges-  
sas infrascriptas litteras apostolicas sanctissimi  
Patris & Domini nostri Domini Pauli clavis  
Pape Tertii eius vera Bulla plumbea cu  
rubei, croceiq colorum more Romane  
bullatas & omnimoda suspicione carens.  
Litterarum tenor in continentia erat ista,

S Episcopus seruus seruo,

Ad futuram rei memoriam.

Populi christiani curam no-  
tum immemorit diuinitus commis-  
sionem sustinentes in terris officii nostri  
partes esse putamus, ut si quid idem po-  
pulus ob temporum conditiones face-  
re omiserit quod ad pietatem erga  
deum suā pertineat, per nos ut id co-

mode exequi ualeat opportune proui-  
deatur, præcipue Principum uot s &  
precibus nos ad id impellētibus. Alias  
cum statum christianitatis hinc diuer-  
sis hæresibus turbatum , inde dissidēti  
bus inter se christianis Principibus tur-  
charū minis ac uiolentiæ expositum  
uidetemus ,œcumenicum uniuersale  
ac generale concilium Mantuae & de-  
inde mātua nobis denegata , Vincētiæ  
indiximus celebrandum: sem certū  
in ipso Deo reponentes pos pos  
illud ipsas hæreses extinguere, & faci-  
le Turcharū impetus retundere. Præ-  
teritis at mēsibus cum tempus i p̄tum  
cōcilii celebrationis instaret, nos op̄  
pterea q̄ ad ciuitatē Niceæ proficisce-  
bamur ut pacem & concordiam inter  
charissimos i christo filios nostros caro-  
lum Romanorum imperatorem sem-  
per Augustum, & Franciscum Franco-

rum Regem christianissimum toties  
per litteras Nuntios ac legatos no-  
stros frustra tentatam per nos ipsos si  
qua via fieri posset concluderemus, ip  
si concilio personaliter interesse statu  
to tempore nequiremus, tres legatos  
nostros & apostolicæ sedis uidelicet  
uenerabilem fratrem Lau. Episcopū  
sabinen. & dilectos filios Iaco. sancti  
Apollinaris ac Hieronymū sancti Gri  
fogoni titularū presb. S. R. E. Cardi  
nales Valentia misimus. Nosq; ad di  
ctam ciuitatē Niceæ profecti ibi utri  
usq; Principis colloquiū (quod antea  
magna cū instantia procuraueramus)  
attulimus: & a Dei misericordia tan  
dem impetrauimus, ut si non plenam  
pacē (in quam omnes neruos nostra  
rum actionum tunc intendimus at re  
cōciliationem) animorum suspensio  
nem armorum, inducasq; decenna

les ante nostrum inde discessum uide  
rimus constitutas . Cum at & antea &  
nuperrime ipsi legati nostri ad nos scri-  
pserint nemine ex cōuenturis Vincē-  
tiam ad concilium uenisse : & uterq;  
princeps facta per nos in ipso colloqo  
de celebratione concilii mentione sua  
quisq; regna a quibus aliquandiu ab  
fuerat reuisere cupiens , ipsos cōuentu-  
ros (quorū magna pars cum ipsis pri-  
cipibus erat) ad propria ad aliquod tē-  
pus redire cupiebat ad ueniendum ad  
ipsum concilium expectari , idemq; ca-  
rissimus quoq; ī xpo filius noster Ferdi-  
nādus Romanorū ac Hungariæ & Bo-  
hemiæ Rex illustris . pro prælatis re-  
gnorum suorū per suas litteras petie-  
rit . Nos considerantes præsentem sta-  
tum christianitatis generali omnium  
nationū ac frequēti psonarū ad id cō-  
uēturarū cōcilio si unq; antea in p̄sen-

ti indigere, existimantesq; ceteros con-  
uenturos ut ipsius colloquii finem ui-  
derēt aduentum suum ad dictam ciui-  
tatem Vincētiæ distulisse magnis dei  
beneficio iactis inter ipsos principes  
pacis fundamentis, illāq; interim ple-  
ne confectum iri, sicq; concilium ipm  
felicius ac sanctius celebrari, & opta-  
tus fructus ide colligi posse sperātes:  
ipsos conuenturos adueniēdum ad ip-  
sum concilium usq; ad festum pascha-  
tis resurrectionis. D. N. Iesu christi p  
xime uenturū expectandos duximus,  
& expectari uolumus. Ipsi legatis om-  
nibusq; & singulis aliis quacūq; digni-  
tate fulgentibus ad quos quomodoli-  
bet spectare possit, ne interim circa ip-  
sam celebrationem procedat aut mō  
aliquo se intromittant in uirtute san-  
cte obedientiæ mandantes, N V L L I  
ergo omnino hominū liceat hanc pa-

ginam nostræ uoluntatis & mandati  
infringere uel ei ausu temerario con-  
trarie: si quis autem hoc attētare pre-  
sumperit indignationem omnipotē-  
tis Dei ac beatorum Petri & Pauli  
apostolorum eius se nouerit incursu-  
rum. Datum Genuę Anno Incarna-  
tionis Dominice Millesimo quingen-  
timo trigesimo octauo Quarto Kal.  
Iulii. Pontificatus Nostri Anno Quar-  
to. Fabius Vigil. B. M O T T A

**Vifa Iac. de Fredelicis.** Q V I B V S  
quidem litteris apostolicis diligenter inspectis per Nota-  
gium publicum infra scriptum ipsas exemplari mandauis-  
mus, & transumi, ac in publicam formam redigi. Decen-  
tentes, & volentes, ut huius transumpto publico sive exē-  
plo plena fides deinceps adhibeat vibilitet in locis oms-  
nibus & singulis, quibus fuerit oportunum, ipsumq; irā  
sumptum fidem faciat, & illi stetur, ac si originales ipse lit-  
tere appareret. Quibus omnibus & singulis auctoritatem  
nostram ordinariam inter posuimus, & decretū, & ad am-  
pliorem evidentiam præmissorum sigillum nostrum, quo  
utimur duximus ponendum. Actum & datum Romę in  
domo nostre solitę residentię, in qua iura reddi solent, ho-  
ra vesperorum, & audientiae causatum consueta ibidem  
ad iura reddendum, in loco nostro solito pro tribunali ses-  
den. Sub Anno a Nativitate Domini Millesimo quingen-  
timo Trigesimo octauo. Indictioe Undecima. Die vero

Veneris Vigesimatercia mēsis Augusti. Pontificatus p̄fati  
Sancissimi Domini nostri Domini Pauli diuina prouf  
denta Pape Tertii. Anno Quarto. Pr̄sentibus ibidē dis  
cretis Viris magistris Philippo de Quintiliis, & Iacobo  
Apocelio, dicta Curiæ causarum Cameræ Apostolicae no  
tariis, testibus ad p̄missa vocatis atq; rogatis,

Et quia ego Ioannes Iacobus bucca Curiæ causarum Ca  
meræ Apostolicae Not. Exhibitioni p̄resentationi Ausculta  
tiōi & trāsūptationi suprascriptarū līfarū, ac oībus & singu  
lis p̄missis p̄fensuī, eaq; fieri vidi & audīi suprascriptū  
tū transumpti instrumentum, alterius manu scriptū  
exinde publicauī in fidem p̄missorum omnium,

Ioannes Iacobus Curia Cameræ  
Cameræ Curiæ expedito